

D. O. M. A.

DISPUTATIO POLITICA

S E X T A

De

M E R E

S U B D I T I S

E O R U M Q U E O F F I C I I S ,  
G R A D I B U S & D I F F E R E N T I I S ;

*In Regiâ & Florenti Academiâ*

*CHRISTINÉâ.*

P R Æ S I D E

M. MICHAELE O. WEXIONIO

Pol. & Hist. Prof. Pub. Celeberrimo.

*Respondente*

OLAO IOANNIS NÆSANDRO

*Sudermanno, S. R. M. tis Stipend.*

Publicæ ventilationi submissa

Ad diem 11. Aprilis An. 1646.

*Besol. de jur. ordinibusq; civ. diss. 2. c. 11.*

Velut in corpore etiam viliora, quæ videntur, membra negligi  
non debent; ni sanitatis iacturam incurrere quis velit;  
Ita subditorum quoq; inferiorum cura in rep. non ab-  
iicienda.

ABOÆ Petrus Wald/ Acad. Typogr. 1646.

S. R. M. *is* Regnorumq; Sveciæ Consiliario  
& Senatori Ampliss. Regni Marschalco  
gravissimo, nec non in Nerichia Jud.

Provinc: Æquissimo & c.

*Generoso & Magnifico Heroi,*

**DN. ACHATIO AXELII**

Ex antiquissimo stemmate, quod *Diei & No-*  
*tis* insignia refert; Hereditario in *Göck-*  
*holm & Kinckestadh/ & c.*

Domino Mecanati meo gratioso.

Ut EL

*Generosi, Perstrenni ac Victoriosi Herois,*

**DN. LEONHARDI TORSTENSOHN**

*S. R. M. tis & Regnorum Sveciæ, ut & confedera-*  
*torum, respectivè,* Senatoris, Generalis Cam-  
piducis, & Generalis per Pomeraniam  
Gubernatoris, in *Nedstadh/ Forstena*  
& *Nasil/* hereditarij.

FILIO CHARISSIMO,

*Generoso & Nobilissimo,*

**DN. GUSTAVO LEONHARDI,**

Majorum Prosapiâ, & morum Musarumq;  
Encomio paritèr Commendabili,  
Dn. & Promotori meo promptissimo.

Exercitium hoc Academicum, humilimo affectu,  
offero & consecro, Respond.

# Generosissime Domine

Mecænas gratiose, &c.

Tuq; magni parentis spes maxima, &c.

**U**t tenuem hanc de infimis etiam ordinibus dis-  
sertatiunculam, vobis inter summos rutilantib;  
inscriberem; Et vel exindè ornamentum fœnera-  
rer; permulta eaq; minimè obscura me moverunt  
adeoq; permoverunt. Sileo materiae utilitatem &  
necessitatem, qua sua sponte sese offert. Subditos n.  
id in rep. esse, quod in domo fundamentum quis igno-  
rat? Nec istis sublatis aut neglectè habitis magis flo-  
rere, quam hoc subruito atq; everso ædificium consi-  
sistere potest. Taceo exquisitissimam Generos. D.  
Mecænatis eruditionem, quâ inter alias virtutes  
heroicas per plurimas, non modò in Patrio Senatu  
& regiâ aulâ fulget; verùm ante lustra non pauca  
juvenis etiam in exteris, & præsertim 33. ab hinc  
annis in illustri Collegio Tubingensi, perennitati li-  
taverat. Unde vel etiamnum Academicas ejusmo-  
di elitationes hanc fastidio esse mihi persuasi. A-  
lia insuper sunt, qua meam speciali jure exigunt de-  
votionem. Tuus, Gratiose Mecænas, colonus  
meus diu fuerat genitor: Quamvis à Dominos  
colonorum liberos mancipiorum loco habere, à no-  
stro sit rep. statu alienum (Servilibus id ingenijs &  
nationibus; ferroq; subjugatis congruat) Debitam tn.

venerationem, tam benignis præcipuè Dominis,  
 redhostire, pietas requirit, gratitudo injungit, na-  
 tura ipsa inculcat, æquitas & justitia mandant: quod  
 qui pro facultate nõ præstiterit, ab istis omnib. merito  
 alienus habebitur. Sit itaq; hoc perpetuum, ut tua  
 in meos meq; ipsum Clementia, ita mea vicissim ob-  
 servantia argumentum. Tibi v. Stirpis Martiæ  
 Generosa propago, cui prima inculcasse litera-  
 rum elementa instar amplissimi muneris æstimo mi-  
 hiq; arrogo, levidense hoc exercitium non minus de-  
 beri existimavi. Tum ut pristinum in me favorem  
 resuscitarem; tum ut in bonarum artium studio lau-  
 dabiliter currentem, ad Politica præsertim studia  
 & Patriæ, cui nati sumus, Statum cognoscendum  
 incitarem. Accipite proindè Generosiss. Domi-  
 ne, Mecenas gratios: tuq; Nobiliss. ac Generosiss.  
 adolescens, exiguam hanc magna devotionis tesse-  
 ram, fronte tam serenâ, quam eandem sincerâ animi  
 subjectione offero; qui, me totum meaq; studia hu-  
 milimè vobis consecrans fausta quævis precor & æ-  
 ternum præabor.

Aboz prid: cal:  
 April: 1646.

Ampliss, & T, & Genoros:

Tuq; Generosa Nobil:ti

dicatissimus

Olaus Joannis Næfander.

THESES: I.



HEOPOMPUS, Lacedæmoniorum Rex, cuidam idcirco florentem

*Sparta statum esse asseveranti, quòd Reges ejus benè imperare didicissent:*

Patrie. de regno & regis instit: l. 9. tit. 1.

Gravitè & scitè non minus quàm verè & prudentè respondit; Non tam propterea in vigore esse Spartanorum remp. quàm quòd Subditi rectè parere scirent. Regisq; mandato ultrò audientes essent. Quanquam, si rem æquâ ponderemus lance, utrumvis in regno benè constituto necessarium esse deprehendemus: nimirum & Regis in imperando prudentiam; Et Subditorum in obediendo promptitudinem. Undè non minus hi quàm ille suarum partium & officij admonendi veniunt.

2. Proinde cum hætenus de

Magistratibus superiori & inferioribus; Secularib<sup>9</sup> & Ecclesiasticis, pro re natâ actum sit: Nunc de *Subditis*, qui nullam planè in alios politicam exercent jurisdictionem, paucis etiam agendum erit.

3. Merè *subditorum* sive *privatorum* officia, quamvis ijs quæ sup. *Diff. 4. Thes. 4, 5, 6, 7, & 8.* posita sunt, includantur; His tamen præcipuè illud *D. Petri* dictum est: *Subditi estote omni ordinationi humane, propter Dominum; sive Regi tanquam supremo; sive præsidi & Gubernatoribus, tanquam ab eo missis, &c.* His igitur omnibus obedientiam præstabunt, quod ea fit voluntas Domini; Nec modò *Regem* ipsum in magnâ habebunt æstimatione, quem Deus ut imaginem suam, suumq; vicarium constituit; Cujus virtutes admirabuntur, nævos tegent ac tolerabunt: Verùm etiâ regios officiales sibi præpositos aut subdelegatos debitâ veneratione atq; submissione excipient.

4. Unde & in hocce præcipue quadrat illa *Hermanni Vultei* definitio: Subditi sunt qui jurisdictioni subsunt, & in quos illa exercetur sive à Principe sive Magistratu inferiore.

Vult. iurisp  
rom. l. 1. c. 5.

5. Præter varias subditorum divisiones quas disp. 4. th. 9. & seqq; attigimus: Hi merè subditi sive privati; in *primarios* & *secundarios* dividi possunt: *Primarios* hic facimus quibus superior in rep. locus tribuitur: *Secundarios* quibus posterior. Primarij igitur sunt Nobiles, Literati, Milites & Aulici. Per *Nobilitatem* hic intelligimus, *Excellentiam regis beneficio in aliquem collatã, quã plebeiorum numero quis eximitur.* Aliàs quoad derivationem Nobilis dicitur, vel q: *noscibilis* i.e. clarior & notior cæteris, vel q: *nõ-bilis*, id est, mansuetus; vel *non-vilis*, u. in b. mutato.

Dan. Ort.  
iur. pub.  
cap. 19.

6. Quam-

6. Quamvis autem Nobilitas<sup>9</sup>  
generalit̄ accepta etiam *Duces, Comites & Barones* comprehendat, ut *diff. 4. th. 35.* innuimus; de quibus hic loci sermo nō est: Verū m̄n. *specia-*  
*lius* nunc intelligimus *nobiles* eos qui *infra Barones & aur: equites* sunt; Eosq; præsertim qui nullam in alios *politicam* exercent *jurisdictionem*, sed *æconomicam* saltem in hos qui eorum fortè domestici, fuerint. Ita pro nobilibus etiam in Germaniâ *Patricij* in imperialibus & majoribus civitatibus haberi volunt. Quibus nobilium privilegia competere *jus rom: asserit. Auth: Præsides, &c. C. de episc. aud. Nobiliores civitatum habitatores* vocantur, & *c. l. 3. C. de nat: lib. illustris ordine civitatis illuminati, &c. l. 33. C. de decurion:* Qui hosce tormentis subdiderit aut cruciatibus, viginti librarum auri illatione mulctabitur, & perpetuâ infamiâ inuretur, 2. Adde *Nov. 15. c. 1. Patricios* hujusmodi sive decuriones *Rigæ & Revaliæ* in nostro agnoscimus imperio, ut  
Hol-

Becht. de  
securit. &  
salv. cond:  
th. 224.



Holmenses aliasq; urbes majores  
nunc taceamus.

7. *Nobiles*, in jure nostro *Liberi* Kong. B.  
L. L. c. 11.  
(secundum excellentiam) vocan-  
tur; non tantum quoad *personas*, sed  
& *bona*, prædia & possessiones. Quo-  
modò a. hæc sive *libertas*, sive *exem-  
ptio* aut *Nobilitas* olim acquisita &  
conservata fuerit & etiamnum con-  
servetur vel amittatur, &c. vid. c. 11.  
§. 2. c. 21. 22. & 30. Kong. B. c. 1. §.  
priv. ord. equest: de anno 1622. &  
Köstiansk; ordin: 1626. De privileg. &  
prærogativis Nob. quantum hæc vi-  
ce instituti ratio patitur, sup. disp.  
4. th. 36 egimus.

8. Antequam Nobilium ordi-  
nem dimittamus obiter disquire-  
mus; *An novitas Nobilitati obsit?*  
Resp. cum *Mario* apud *Salust.* idem fa-  
ciant (ex vetustiori sc: familiâ ori-  
undi) *majoribus suis*, quibus, non secus  
ac *novis*, ex virtute nobilitas cepit. O-  
mnia quæ nunc vetustissima cre-  
duntur, nova fuere; ut *Tacit.* loqui-  
tur.

Salust. in  
bell. iugurtæ

Tacit. an-  
nal. lib. 11.

A 5

tor. Et Novis etiam Nobilibus ad officia, quæ Nobilium propria, aditum patere, utpote Assessorum in classe Nob. & similia, modò necessarijs sint dotibus instructi, experientia confirmat: Antiquitati tamen generis ut communis præeminentiam consensus defert; Ita & nos ab antiquiori prosapia prognatum Nobilem, à virtute paternà non degenerantem, recens Nobilitato præferendum esse facile demus.

Dan: Ott:  
de iur pub.  
cap. 19.

9. Nobiles comitantur *Literati*, in quorum ordine *Theologi* cum ratione nobilioris *Finis* scilicet *vita æterna*; tum majoris certitudinis; tum ob dignius & excellentius objectum, quod est ipse DEUS, primum merito locum obtinent. *Horum officium est, divina mysteria populo enunciare, æternæ salutis viam monstrare, & exemplo non minus quàm monitis docere. Qui multis privilegijs & immunitatib. gaudet quâdiu ea quæ suæ professio-*

nis sunt servant & ordinis eminentiam  
vita ornant innocentia. C. Abbati 25. de  
V.S. Loquimur autem hic de literatis, uti & paulo  
ante de Nobilibus, & postmodum de militibus,  
non quatenus cum aliquo sunt Magistratu & in  
publicis functionibus; sed quatenus privati sunt  
& tantum subditi.

Vid. Schöb  
pol. lib. 3.  
cap. 40.

10. Hofce v. Theologos uti &  
superiores, & clericos omnes Subdi-  
tos esse, & seculari magistratui sub-  
jectos ratione personarum & bonorū  
non dubitamus. His enim 1. com-  
petit *Definitio subditorum sive nostra*  
*sive Bodini, quā pro Principis dignitate*  
*ac salute perinde ac pro se ipsis pugnare*  
*tenentur; & eosdem cum Principe ami-*  
*cos & hostes habere dicuntur.* 2. Mem-  
bra sunt reip. cujus privilegijs fruuntur.  
3. *Exemplis vet. test. Mosi Aron; Salo-*  
*moni Abjathar suberat; Et in Nov. Test.*  
*Christus & Apostoli politico magistratui se*  
*submiserunt.* 4. *Universale illud man-*  
*datum Christi, Matth. 22. Reddite ce-*  
*sari, &c. Nec non Pauli Rom. 13. O-*  
*mnis anima subdita sit, &c. Subijci-*  
*untur autem in 1. civilibus, 2. Cri-*  
*mina-*

di. dist. 111  
et. dist. 311  
1193

Bodini de  
rep. lib. 1.  
cap. 6.

11. R. 1.  
111. 111

Hic

minalibus. Et 3. Ecclesiasticis legibus, ceremonijs & disciplinâ: Non v. doctrinâ fidem & religionis articulos, concernentem; quæ ex solo cœlesti verbo dependet & exinde regulanda est.

11. Theologos proximè *Iti* consequuntur; licet Medici apud Plin: cum iisdem de præcedentiæ certent: vid: *Dan: Ott:* de jur: pub: c. 19. Quantum enim anima corpori, tantum *jurisprudencia* Medicinæ præstat, vid: *Guevar.* in horol. principum. Et *Heig.* part: 2. quæst: 26. n. 7. & seqq. *Itorum* est licitum ab illicito discernere, æquum ab iniquo separare; *Veram non simulatam Philosophiam profiteri.* Eos igitur hîc intelligimus qui *veri* sunt *justitia Sacerdotes* eamq; ritè colunt, & boni ac æqui notitiam seriò affectant. Minimè v. hoc nomine digni sunt *rabula & fori tintinabula; togati aliàs vultures* cognominati: de quibus *Poëta:*

Huic

Plin: lib. 26.  
c. 1. & lib. 29  
cap. 1.

Hor. prin:  
lib. 1. c. 43.

l. 1. ff. de  
iust & iur.

Huic uni solent studio se dedere & arti,  
Verba dare, ut caute possint pugnare, dolose  
Blanditiâ certare, bonos simulare viros se,  
Insidias facere, ut si hostes sint omnibus o-  
mnes,

Lucil: apud  
Lactant.  
lib. 5.

Conf: tractat: *Nattegång; Dordning*  
ubi exempla afferuntur & graphice  
depinguntur.

12. Tertium, inter literatos, di-  
gnitatis gradum *Medici* obtinent,  
qui artis suæ veram habent periti-  
am; & nihil eorum intermittunt,  
quæ ad utilitatem & curam ægrotor-  
um spectant: Non circumforanei  
& impostores, *Quæd salware och*  
*Ormsaltare/ qui hominum loculis simul*  
*& saluti insidiantur.* In vasis jactura  
figulinam experientes: quos in be-  
nè constitutâ rep. minimè ferendos  
existimamus. Doctos a. & peritos  
medicos, etiam in his frigidioribus  
plagis (quamvis aërem per Dei gra-  
tiam, salubriorem hauriamus, ho-  
mines etiâ robustiores esse animad-  
vertamus, & non pauci ex vulgò,  
haud infeliciter medicas adhibeant  
man<sup>9</sup>;) nō inutiles censemus. 13.

Pharmaso-  
pcei vene-  
num teme-  
re non di-  
vendant,

13. Medicis inserviunt *Pharmacopola*, qui variâ simplicium mixtione, juxta Medicorum præscriptiones, pharmaca componunt. *Hic prospiciendum ut medicamenta recentia & integra non emortua & putrida importentur aut divendantur, quæ artem medicorum frustrentur.* Anv: Alchymistæ in rep. ferendi sint, dubitari solet? Nos dist. putamus; *Inter eos qui vera artis fundamenta didicerunt; Et inter vanos seductores ac impostores. Nec Alchymie praxin privatis facile concedendam esse.*

14. Quartus in serie *Doctorum* locus *Philosophis* tribui solet; Qui rerum omnium notitiam naturalitèr scrutantur & morum honestati student. Quorum choro etiam *Oratores* reip. tam benè dicendo quàm faciendo prodesse nati; atq; *Poëta* accedunt. *Vera a. Poësis*, nihil est aliud quam omnis philosophia sub quibusdam involucris comprehensa & *ingre-*

Vide Mytholog. Nat. ranaël, comit.

ingenioſe adornata. Abſint ergò  
obſcœni & laſcivi. Nam ut *Mantua-*  
*nus* canit:

*Tota pudicitiam vera Poëſis amat.*

15. Solent verò in literaturâ &  
vitæ integritate excellentes varijs  
exornari gradibus *Doctoratus*, *Lice-*  
*tie*, *Magiſterij*, *Laureatorum* & *co-*  
*ronatorum* poetarum; *Baccalau-*  
*reatus*. Qui gradus ſuperioribus  
ſeculis in noſtrâ patriâ rariores, &  
pauciſſimis contigerunt; Nunc, p  
Dei gratiam unâ cum literarum &  
Evangelij lumine magis frequen-  
tantur. Doctores enim Theolog:  
4. cum Archiepiſcopo, Episcopos;  
Civitatum Paſtores totidem, præter  
alios Profeſſores in regno Sveciæ  
pro præſenti numeramus. Quos ta-  
men ad hanc diſputationem ſpecta-  
re non aſſerimus.

In Theologia enim  
nemini ſub Sveciæ Coronâ gradus conferendus  
eſt, niſi ei qui in docēdi munere honorifico confi-  
tutus, &c.

Conſtit: A.  
cad. c. 6, P. 7,  
P. 2, in fin.

In jure graduatos non pau-  
ciores habemus: in Medicinâ ve-  
ro ra-

rò rarissimos. Philosophiæ Magistros, ultra Episcopos, Professo- res, Capitulares, Præpositos, Scho- larum Rectores & Pastores rurales non paucos habemus. Sed nunc de ijs qui tantum privati agimus. Graduum v. ejusmodi assumptione Nobilitatem nullatenus offuscari, vel illustribus personis haud qua- quam dedecori esse statuimus. Atq; hæc de literatis.

16. *Milites* hic intelligimus, dum merè subditos & privatos recense- mus, non eminentioris conditionis & ordinis, de quibus supra (post- modum ulterius, ubi de *Bello* seor- sim agendum; ) Sed *inferioris*, qui etiam pro patriâ & religione sangui- nem profundere parati; Unde & hi non paucis prærogativis & privile- gijs gaudent. Vid: quæ ex jur: rom: Schonborn. recenset & Dan: Ott: cit: c. 19. jur: pub: in nostrâ etiam patriâ bonos milites honorari & privile- gijs gaudere experientia confirmat.

17. Pri-

Disp. 4. th.  
22, & seqq.

A. 1180  
Schonborn  
pol. l. 6. c. 31



17. *Primarijs* hisce *Subditis* *privatis* ex parte accenseri possunt *Aulici ministri*, ipsi præsertim quæ literati sunt, & literarum beneficio servitia præstant & quotidiana exhibent ministeria; quales *Scribae Cancellariae, aut Camerales*; pædagogi & similes: Cæteri autem famuli & ministri aulici qui vel artificijs<sup>9</sup> vel alijs illiberaliorib<sup>9</sup> servitijs commodant, *Secundarijs* potiùs *Subditis* annumerantur. Quales v. de jure esse debeant aulici, *David* Psal: 100. elegantèr depingit. Sed quales ut plurimùm sint, *Schöborn: & Althus.* inter alios referunt. Quâquam omnes ejusdem farinae non esse, certum habeamus. Et aulam bonâ conscientia frequentari posse, *Exemplo Moysis, Davidis, Iohannis Baptista, &c.* non dubitemus. De aulicorum directione inter alia, agunt, *Runinga Styrisse tit. 3.3. Balck, Artic. Gustavi I. Upsaliae dati 1554. Regis Erici 14. & similia.*

Schönborn  
lib. 3. c. 33.  
Alth. c. 18.

18. Subditi Secundarij, postquam de primarijs satis, rursus in *superiores & inferiores* distingui possunt; (*vel in oppidanos, rurales & utrobique utiles*) *Superiores* haberi & vocari solent *Mercantes* seu *Negotiatores*, qui *oppidani* sunt, quòd in oppidis seu Urbibus, privilegij negociandi gaudentibus habitent. Alijs enim mercaturam exercere prohibitum est, per, c. 6. Rõpm. Balck. & c. 23. eod. tit. St. & Rõphandels ordinantie P. 17. Upsaliae 1617. item Staders ordinantie p. 20.

Dan: Ott:  
iur. pub.  
cap. 20.

19. Sunt autem Mercatores, qui commercia tum inter sese, ut cives; tum etiam cum externis populis vel remotis jure exercere possunt. Ubi notandum non quoslibet ementes aut vendentes statim mercatores esse: Sed qui res mobiles negociandi & lucrificandi causa, eo animo comparant ut rursus distrahant; importent aut venum exportent.

20. Quemadmodum olim, primis videlicet à nato *Salvatore* seculis, de Germaniâ *Tacitus* (Non verò minus

minus ( sed vel maximè *Sueciam* intelligit ) *Nullas Germanorum populis urbes habitari satis notum est, nè pati quidè inter se junctas sedes, &c.* Ita de nostrâ patriâ speciatim *Olav. Pet. Holmens.* perraras quondam vel nullas fuisse, urbes contestatur. Jam verò accrescente florido reip: statu, simul *negociationes, gall: les Traffiques* vocant, & cum illis *urbes* augentur atq; virescunt. Nec incommodè *Althusius: Mercatores politici corporis pedes* facit; quod necessaria apportent, superflua exportent, & cum exteris<sup>2</sup> communionem concilient. Et mercaturam caput esse, unde robur & nervi in *remp.* emanant, *Kek: ex Brut: l. 8. hist. Florent: asserit: adde Bodin: de rep. l. 3. c. 8.*

Cornel:  
Tacit: de  
morib, ger-  
man:

Boter: de  
orig: urb.  
lib. 2. c. 8.

Alth: pol.  
c. 2. n. 35.

21. Quò autem *commercias*, tam *stata*, quàm *solennia* seu *panegyrica*, ritè & secundùm ill: s *exerceantur*, 4. præcipuè observanda veniunt: 1. *Persona*, 2. *Locus*, 3. *Tempus*. 4. *Forma*. *Persona*; quibus nimirum

B 2 nego.

negociari jure permissum est. 1. Non *Uxor* aut *liberi minores*; nisi id à marito vel patre conceditum; cap. 3. §. 1. Röp. B. St. L. & c. 4. L. L. eod. 2. *Non clerici*. Ordin: ecclesiast: tit. de Sacerdotibus fol. 71. 3. *Non milites, aulici, rustici*. sup. cit. c. 6. & 7. Röp. Balcl. L. L. Röp. handels ordin: p. 16. & Städ. ordinantz. p. 20. 4. *Non artifices*. Kong. B. St. L. Städ: ordinant: punct. 34. 5. *Non Nobiles*, p. 21. priv. Nob. de ordinariâ n. mercaturâ hic sermo est, quæ mercatoribus sup. th. 19. definitis competit; Non de *contractu tantum emptionis & venditionis*, qui omnibus *jure gentium* est permissus; Neq; de *emergenti negotiatione*, qualis cit: p. 21. priv. Nob. conceditur. 6. *Non exteri & advena*, nisi quat: c. 30. 32. & seqq. Röp. B. St. L. ut & p. 12. Röp. ord. exprimitur. Ne pro mercatoribus exploratores fiant, ut *Althusius* loquitur.

Conf. Re-  
cess: Calm:  
an: 1474.  
artic. 33.

Vid: Keck:  
disp. 31.  
quæst. 8.

Alth. e. 31.  
n. 10.

22. Sed ijs q̄ jus civitatis & negociandi legitimè acquisiverunt. cap. 15. Kong. Valck. St. L. Quinam v. in Civitatem recipiendi & hisce privilegijs digni judicandi sint; vid: Städ: ordinant: p. 27. Et hæc ita breviter hæc vice de personis, quibus mercimonia facere iure licitum est.

23. Quoad Locum; in urbibus negociandum & non ruri c. 17. & 23. Röp. B. St. L. junct: p. 26. Städ: ord. Et cum primis in foro rerum venalium c. 15. Röp. B. St. L. De Byrsis negociantium; Gillestugur: excolendis vid: p. 13. Städ: ordinant:

24. Tempus; negociationibus destinatum antiquitus sunt certi cujuslibet septimanæ dies; å råttan Tårgsdagh. cap. 24. in f. Kong. B. L. L. Panegyrica & solennis mercatura, in singulis fermè provincijs, statis anni temporibus in Nundinis institui solet; quales Upsaliensium Disana 21. Jan. & Ericiana, 18. Maij, Aboënsium, Henriciana 19. Jan. Wexionensium Sig-

*fridiana* 15. Feb. *Copingensium Olavia-*  
*na* 29. Iulij &c. Uti & *Celebres Hol-*  
*mensium* circa finem, die nimirum,  
*Michaëlis Archang.* tum *Aboënsium*,  
circa initium septembris; à die vide-  
licet 8. vâ per tres hebdomadas con-  
tinuandæ; cum similibus. Quæ ex  
calend: petantur. Aliis interim diebus

*Exod. 20.*  
*v. 8. 9. 10.*  
*11. & 12.*

& temporibus negociari prohibitum non est,  
dummodò sacris diebus divino cultui destinatis  
parcatur. *Nehem. c. 13. v. 15. & seqq. c. 20.*

*Röpm. B. St. L.*

25. *Forma & modus comercio-*  
*rum nostris itidem ll. b<sup>o</sup> passim indi-*  
*gitatur, tit: de empt: - venditione.*

*Röpm. B.*  
*c. 1. l. & l.*  
*St. L.*

1. Ne quis proximum falsis merci-  
bus decipiat. c. 2. & 3. *Röpm. B. St. L.*  
& *L. L.* 2. Ut mediator, *arrha & testes*  
interveniant; ut capp. 1. *Win och*  
*witne.* Cujus rei ratio peti potest  
ex cap. 15. *Tiuff. B.* ubi & qualis me-  
diator & quot testes erunt determi-  
natur. Conf. *ius rom.* Curate cautius  
negociari ne non tantùm in damna; Sed etiam  
in criminis suspicionem incidatis. 3. Ne quis

*Sever: &*  
*Anton.*  
*impp. leg. 2.*  
*cod. de furt*  
*& serv. cor-*  
*rupt.*

CON-

conciuem eminentem interpellat vel  
emptionem, sese ingereodo, inter-  
rumpat. c. 14. Rõpm. B. St. L. 4. Ut  
justa adhibeatur mensura. c. 17. Rong  
B. St. L. & c. 25. eod. t. c. 27, 28, & 29.

Rõpm. B. St. L. adde Deuteron. c.  
25. v. 13. & seqq. prov: cap: 20. v. 10. &  
23. item c. II. v. L. 5. Nec monopolij  
indulgeatur. c: 6. Rõp. B. L. L. Quid  
verò & quotuplex sit *monopolium*,  
vid: *Alth. pol.* c. 32. n. 20, 21, 22, 25. &  
seqq: 6. Neve iniquo fœnore quis ad  
*incitas* redigatur. arg. c. 15. Rådft. B.

Quæ omnia & similia si exactè serventur, cessa-  
bunt querelæ & criminationes, quas de mercato-  
rum & institorum ( potius expilatorum prout ibi  
depinguntur ) incommodis & vitiis Boterus enu-  
merat. Tales enim non profunt sed obsunt reip.  
ideoq; in nostro imp. non feruntur. Et hæc de  
mercatoribus: ubi licet quædam alios etiam ho-  
mines concernant, negotiatores tamen directè &  
primariò respiciunt.

26. Celebrantur quippe à cu-  
jusvis status & conditionis civibus  
varij contractus qui sunt I. G. ut  
*Depositi* Rõp. B. c: 9. L. L. & c: 5. St. L.  
*Mutui* c: 8. L. L. & c: 9. St. L. eod. tit.

Conf. Am.  
c. 8. v. 5. & 6.  
Mich. c. 6.  
v. 10. & 11.  
Decret:  
Norcopo.  
p. 70.

Bot: pol: il.  
lust, l. I. c. 14

Inst. de  
I. N. G. &  
civ. p. 2. in  
fin.

*Fidejussionis* cap: 12. & 13. *L. E. & c. 8.*  
*St. E. pignoris* c. 10, & 11. *L. E. c. 6, 7,*  
*10, 11, 12, & 13. St. E. Röp. B. De*  
*fundorum seu immobilium acqui-*  
*sitione regulas generales & specia-*  
*les habet tit: Jordebalck. St. E. de*  
*quinq; modis legitimis acquirendi domi-*  
*nij, seu justis titulis* cap: 1. *Jorde balck.*  
*L. E. ubi & de usucapione seu longi*  
*temporis præscriptione. Quæ o-*  
*mnia accuratius excutere Ictorum curæ in-*  
*cumbit.*

27. Sint ista de Subditis se-  
cundarijs superioribus: Inferio-  
res habentur *artifices manuarij*, victui  
aut amictui prospiciendo vel vale-  
tudini succurrendo inservientes,  
*agricola* alijq; reip. utiles cives.

28. *Artifices* sunt qui varia pro-  
fitentur artificia, *plures enim arte quã*  
*reliquis proventibus victitant*, inquit Bo-  
terus; ut *Fabri*, auri, argenti, ferri,  
lignarij &c, qui & agricolis vome-  
res, sarcula, ligones; Et civibus æ-  
des aliaq; utensilia fabricando; Et  
alijs



alij ex parte artificijs sibiq; invicem  
inserviunt; ut qui Architectis &  
lignarijs ascias, dolabras, ferras, te-  
rebra, &c. Ehippiarijs fibulas, an-  
nulos, &c. præparant.

29. De mechanicis artibus hic in  
genere notandum. 1. Decus urbium  
easdem esse juxta Cassiodor. 2. Ma-  
gistratui providendum ne rudes ma-  
teria, magno cum reip. detrimento,  
& exterorum emolumento, (quod  
olim hic factitatum) exportentur.  
Pluris enim & majori lucro veditur  
navis, quàm lignum seu truncus; gla-  
dius, culter, sclopetum, quam massa fer-  
ri; calceus, quàm rude corium & sic  
deinceps.

Vid: Joann.  
Bot: cit: c. 3.

30. Victum procurant laniones,  
coqui, pistores, caupones: De quibus  
politici monent; Cavendum esse ne  
major sit eorum ad superfluitatem abusus,  
quàm rectus & ordinarius usus. Suntq;  
istorum officia, legibus etiam no-  
stris passim determinata, cap: 18.

Röp. B. St. I. cap: 25. & seqq: d. tit: ordinant: civit: p. 19. 35. & 39. Adde specialiores ordinantias *lanionum*, *pistorum* & *cervisia coctorum*.

31. *Amictui* prospiciunt *pelliones*, *lanifices* seu *pannifices*, *textores*, *sartores*, *sutores* cum similib<sup>9</sup>; quos neq; civiū numero excludimus: cum non minus pleno civitatis jure gaudeant quàm *Mercatores* aut alij: Et tūc alibi in benè constitutis rebusp. tūc apud nos ad honores, dignitates & magistratus admittantur, prout viva exempla evincunt.

32. De hisce & alijs opificib. in jure nostro cautum est; 1. *Nè unus plura exerceat artificia, sed unico contentus honestè sese sustentet.* cap: 21. Rong. B. Stadz. I. & ordinant: civit: p. 34. 2. *Neq; simul negociari licet;* prout sup. th: 21. indicatum: licet tamen ad artificium exercendum necessaria in promptu habere eaq; deinceps elaborata divendere. c: 7. Röp. B. I. I.

3. Non

Contraquā  
Lycutg.  
Rom & c.  
Arnif. pol.  
cap. 13.

3. Non est permissum artificibus<sup>o</sup> Conf. De-  
hujusmodi ruri viciatim & domesti-  
catim vagari, sed omnes intra 4. cret: Nore.  
miliaria ab urbe aliquâ, *jus civitatis* P. 9.  
acquirent, & inibi cum reliquis<sup>o</sup>  
civibus collectabuntur. Sæpè cit:  
ordinant: civit: p. 25.

33. Ad *opificum* classem etiam  
referri possunt qui circa ædificia vel  
expolianda vel ornanda sunt occu-  
pati; ut, *pictores, sculptores, lignarij,*  
*fusores, cementarij, cælatores, statuarij,*  
*scandularij, &c.* Quomodo autem & Huc facit  
in urbibus & ruri ædificandum titu-  
li *Bygn: Balcl. L. L. & St. L. fusè ex-* Recess: Cal.  
ponunt. Et unum ex eoss: cum An. 1474.  
duobus è senatu, aut civib. constitu-  
endos esse qui ædificia publica &  
privata inspicient, *opificum labores*  
*ad utilitatem pub: decorum, commodita-*  
*tem, & æquitatem exigent.* p. 6. ordi-  
nant: civ: Qui *adiles* vocantur, quo-  
rum ibidem munus exprimitur:  
*Haud absimile adilium rom. & venet:*  
Cura-

Kech. disp. 30. 9. 7. Curare scilicet ut viæ publicæ & plateæ sternantur & purgentur: aquam salubrem per tubulos & fistulas puras procurare & derivare; morboſi pecoris redhibitionem urgere &c. de quibus alibi.

34. *Valetudini succurrunt*, 1. *Chirurgi*, externâ vulnerum curâ, barbæ & capillorum tonsurâ occupati: quibus caute agendum, neq; in periculosis quicquam absq; peritorum medicorum consilio tentandum. 2. *Obstetrices*, prægnantibus, parturientibus & puerperis operam locantes: in quibus *pietas, industria & prudentia cum animositate* requiruntur. Et tum civitati & reip. sunt utilissimæ. 3. Prodest etiam ad firmam *valetudinem*, præterquam & aliàs, artificiosa corporis exercitatio, decentem membrorum agilitatem inducens *luctando, saltando, equum incitando, digladiando*; quæ itidem ad rem bellicam præparant: Et ijs præsertim qui sedentariam degunt vitam aliquando non inutiles sunt; Dummodò necessaria nego-

cia

cia & vocationis labores non impediantur & negligentur. Atq; eatenus *Digladatoribus; pile lusoribus; Equisonibus, saltatoribus* aliquem etiam in rep. locum concedendum putamus.

35. Atq; ita *seorsim* potiores artificum recensuimus, qui ut plurimum urbici sunt: iidem v. *collectim* considerati sua habent collegia, in nostra patria *Gille & Sfrâ* appellata; sicut alibi meminimus: quorum præses à senio *âlderman* dicitur. Talia tam artificibus quam mercatoribus permessa esse ex. p. 13. *ordin: civit: patet.* Et leges seu statuta sibi condere non prohibentur, servatis cautelis, quas in disp: de legib. ponimus. Et hæc de artificibus; nunc de Agricolis.

Disput. 8.  
thes. 16.

36. *Agriculturam* reip. fundamentum esse & ad bene instituentiam beateq; habitandam civitatem cum primis necessariam *Plato* haud immeritò statuit. Eademq; de causâ *Alex: M: Democrito Architecto* Ex Zuing.  
respon-

respondit; Ut natus infans nec vivere nec cre-  
scere sine nutricis lacte potest; sic neq. civitas  
sine agrorum fructibus. Et *Dionysius Por-*  
*tugallia Rex*, agricolas reip. nervos<sup>3</sup>  
vocavit, ut habet Bot. lib. 8, cap: 2.  
Non tantum igitur *Agricola* pro sub-  
ditis & civib. agnoscendi; ab inju-  
rijs & oppressionibus vindicandi;  
Sed & *Magistratui* maxima in eo cu-  
ra ponenda, ut loca inculta excolan-  
tur, & sterilia ad frugem revocen-  
tur: quod varijs modis fieri potest.  
Sylvas excidendo; lapidibus plani-  
ciem purgando: paludes exsiccan-  
do, &c. Sic *Masinissa Regis Africa*  
studio *Numidia* & Barbariae mediterranea,  
antehac aspera & inculta, diligenti cura & cultura  
evasis feracissima, omnia quae necessitas vitae hu-  
manae efflagitat ubertim effundens. Qualia ex-  
empla etiam in Belgio passim habemus.

37. De Agrorum cultura, ma-  
jores nostri, & cum primis comoda  
horum distributione tit: de *adifican-*  
*do Byg. B. cap: 6. de canalib<sup>9</sup> avertenda*  
*aqua causa ducendis cap: 7. de agris ma-*  
*ture & legitime sepibus muniendis c. 8.*

d. 1. de limitibus eorumq; inspectione  
cap: 26. quomodo damnum refarci-  
endum, si sues, boves aliaque jumenta in  
agro pauperiem fecerint cap: 9. & 10. de  
fœno & segetibus invehendis cap. 13. sta-  
tuerunt. Quomodo autem ex agri-  
culturâ pensiones solvenda & quando.  
vid: cap: 20. Jorda Balck. L. L. Quo  
tempore & circumstantijs colono mi-  
grandum cap: 21. cit: tit: prout in jure  
exactiùs docetur.

De canone  
solvende.

38. Agricultura perquam affi-  
nis vel potiùs species quædam est  
Hortorum cultura; quæ ut pri-  
ma primorum parentum fuit occu-  
patio; ita etiam cum ob insignes  
utilitates, tum jucunditates miri-  
ficas maximoperè laudanda. Quan-  
tum enim & publicè & privatim conducat poma,  
pyra, nuces, radices, & id generis alia, quæ ma-  
gno ab exteris coëmi solent, exiguo & iucundo  
labore acquirere, haud difficile est iudicatu.  
Cum primis verò in nostra patriâ lupulorum hor-  
ti excolendi sunt, iuxta cap: 50. Byg. Balck.  
L. L. adde Recess. Calm. Anno 1474. artic.  
24. & 26.

39. Ad

39. Ad *agricolas*, quòd ruri ut plurimum stabulentur, etiam referimus: 1. *Pastores ovium, caprarum, suum, boum*, de quorum officijs, negligentiumq; culpâ & pœnâ vide cap: 48. Byg: Balcf: §. §. cum cit: recess: calm: artic: 31. 2. *Piscatores*, qui varijs instrumentis in fluvijs, lacubus & ipso mari pisces capiunt. Genus hominum neq; inutile. de quorum juribus vid: cap: 25. 33. & 34. Bygn. Balcf: §. §. adde articulos R. *Caroli de Piscatoribus*. 3. *Venatores*, q feras quadrupedes indagando, ilaqueando, jaculando & quovis modo conficiendo, suâ neq; utilitate neq; jucunditate destituuntur. De quibus tum alibi, tum cap: 21. 22. 23. & 24. Byg: Balcf: §. §. agitur. & sæpè cit: recess: calm: artic: 21. & 22. 4. Et *Aucupes*; quibus laqueos in alienâ sylva tendere prohibitum est. cap. 20. Bygn. Balcf: Landz, l.

Conf. Sch.  
pol. b3. c. 46



40. De venationibus hic nota-  
 mus: *jure naturali & creationis le-* *Genes. 1.*  
*ge, omnib<sup>9</sup> easdem concessas fuisse;* *v: 28.*  
*& Arist: antiquissimis vitæ generibus* *Arist:*  
*accenset* ) Nunc autem, maximè no- *I. pol. c. 5.*  
 biliorum ferarū, ad certum homi-  
 num genus, Magistratum vtz. non si-  
 ne gravib<sup>9</sup> rationibus, illud venan-  
 di jus, restrictum est; prout *sup: disp:*  
*3. thes: penult: ostendimus<sup>9</sup>.* 1. Ne  
 species intereant; quod & non ita pridem in co-  
 mitiis motum. Cicures quippe feræ, in sua  
 specie, rariores: & in his nobiliores minus fre-  
 quentes. 2. Ne promiscuus fiat usus armorum.  
 (vid. clap. arcan. lib. 2. cap. 6. & 7.) sine quibus ma-  
 jorum ferarum venatio, quæ cum cornu & cla-  
 more fit, institui nequit. 3. Ne sic ab agriculturâ  
 & opificiis homines avocentur: quod olim in  
 German: contigisse Tacitus & Sueton. testantur.  
 4. Ne ex communi venatione, lites oriantur:  
 Communio quippe discordiarum mater. Et 5.  
 ut nobiliores feræ summo magistratui in merce-  
 dem gravissimarum curarum & relevationem la-  
 borum reserventur. 6. Quibus deniq; populi  
 consensus & longa præscriptio, consentiente  
 scripturâ S. Jer. 27. v. 6, cap. 28. v. 14, &c. Et illibus  
 c. 23. Hyg.  
 B. L. L.

41. Quemadmodum a. hortu-  
 lani opera non modò in ferendis<sup>9</sup>  
 C plan-

plantandisq; utilib<sup>9</sup> herbis & arboribus requiritur; verùm etiam in a verruncandis lolijis & zizanijs: Ita quoq; in rep: quamvis vile hominũ genus sit, necessarium tamen, *Apparitorum, lictorum & Carnificum*; qui fontes aut maleficos in carcerẽ trudent, torquent, morte mulctant & sententiam in capitalibus latam manibus suis exequuntur. *Carnifices* v. quoniam nunc homines viles, impuri & malefici assumuntur, infamiã aliquã gravari & honestorum consortio promiscuè adhibendos non esse, unã cum experienciã & quotidianã praxi asserimus.

42. *Honestæ recreationi & delectationi tempestivè subserviant* *Cantores*. At ne mortis oblivisci videamur, *Libitinarios & vespillones* non excludamus. *Histriones* v. mimos, agyras, funambulos, lenones, scorta & eius furfuris alios, cupidinarios, aleatoresq; è rep. quàm longissimè & ultra sauromatas relegatos volumus. Quibus adde Cingaros & ociosos; *Lööfdräfware* / quos militiæ ascribendos in comitiis nuper decretum fuit. Sicut suaserunt Bodinus & Kechem.

Arnis: doct  
pol. c. 13.  
Hænon:  
disp. pol.  
2. th. 51.

Cap. unie:  
Doblara  
B. St. L.  
&c.

Mer

Mercenarios igitur, bajulos & operarios frugi non eliminamus. Sicut optimè apud nos constitutum ut *urbici magistratus* bis quotannis inquisitionem instituant, unde privati vitent: Et num aliqui è civibus ocio & inertia torpeant, aut illicitis acquirendi medijs utantur: qui castigandi & relegandi sunt.

43. *Quanquam a Magistratui nihil gloriosius sit, quàm illustres ac divites habere Subditos quàm plurimos: Omnibus tamen resp. ex ditioribus, mediocribus & tenuioribus constat.* Imò pauperes inter nos semper habituri sumus; unde & illorum, ceu miserabilium personarum defensio ac cura, quippe quæ divinitus commendata est, minimè abijcienda. Tales sunt cæci, surdi, muti, pupilli, viduz, valetudinarii & summatim omnes invalidi mendicantes quibus, ideò in nostra patria piissime prospectum antiquitus Xenodochiis, nosocomiis & prochorophiis; nuper etià pædotrophiis & ergastulis, quibus peculiare inspectores, tutores & curatores præponuntur, legesq; constituuntur, ut vel hæc etiam in parte exoticis benè constitutis rebusp.

Runing:  
St. 4. B.  
6. Glodf.  
Ordinant:  
civit: p. 27.

Alch: pol.  
c. 37. n. 31.  
Runing:  
Styr: p. 77.

Marc. 14.  
v. 7.

Ordinant: non cedat. *Nec ullus mendicus in portis civitatum ultra quidam tolerabitur &c. Validis a. & integris membris praeclatis, mendicare nullatenus conceditur, nisi fortuito incendio, aliove casuali infortunio ad incitas redacti fuerint. Super qua re pastoris testimonio & Consulium in urbibus, permissu opus est, prout cit: punct: ordinant: exprimitur. Atq; sic illud*

Cof. Bvg.  
B: L: L:  
cap: 37.

Deut: 15,  
v: 4.

*Deuteronomij, si voluntatem Dei & mandata S. R. M. tis in hoc passu impleverimus adimplebitur.: Indigens & mendicus non erit inter vos. Indigi ac pauperes sunt & manent, si illorum conditionem respiciamus: Non indigi nec mendicantes, si provisionem magistratus attendamus, & qui facultatem habemus, officium faciamus.*


44. *Atq; hæ sunt civium classes, quò omnes merè subditi referri possunt. Esset hic aliquid coronidis loco de Naturâ & genio vulgi annotandum:*

Alth. pol. c.  
23. n. 21, &  
seqq:

*Nimirum quòd sit verbis ferox; impigre lingvæ, ut Salust, inquit; & Historia Gust. I. mi demon-*

demonstrat. Inconstanter affectus ponit & sumit: Schonborn  
 tam pronum in misericordiam, quam immodi- pol: lib: 3,  
 cum in sævitiã fuerat. Tacit: 1. hist. uti eadem Hist: cap: 44.  
 Gustaviana; exempla Davidis, Christi & Aposto-  
 lorum, pseudo-Demetriorum &c. confirmant,  
 3. Stupidum, 4. Credulum, 5. Publica negligens,  
 privatis inhians, 6. Suspica, 7. invidum, 8.  
 leve, 9. lucri avidum, 10. superstitiosum, 11.  
 præsentia fastidians, 12. secundis rebus insolens,  
 13. ad plures inelinans, 14. rerum novarum cupi-  
 dum; fervidisq; favens, 15. Sine Duce nil audet.  
 Quod etiã nostræ historiæ & Christierni sangvina-  
 rii tempora loquuntur, 16. ludicris, ut pueri, de-  
 lectatur. Quæ omnia fusiùs videtis apud Alth:  
 Schonborn: & alios.

Expurga, alme Deus, vitiorum semina candor,  
 Sancta fides, cunctos cum pietate regant !



## COROLLARIA.

I.

- E**Xteros & peregrinos, si modò probi, honesti &  
 utiles, subditis admiscendos esse; aliàs non: cum  
 Tholoz. Keck. & Schonb. alijsq; statuimus.
2. Typographi, Bibliopola & biblioepi artificibus  
 annumerantur.
  3. Duarum civitatum civis commodè quiri esse non  
 potest; nec per. §. 6. c. 15. Kong. B. St. L. licet.
  4. Factiones & discordias inter subditos serere vel  
 alere ut tutiores evadant, tyrannorum est. Keck:  
 disp: 30. q. 12.

5. *Novi subditi ut in officio contineantur mollitèr tractandi sunt. Bot: lib: 5. cap: 1.*
6. *Mediocrates, quàm nimis divites aut pauperes subditos, propter motuū & seditionū metum, habere præstat.*
7. *Multitudo civium utilium optanda, nec certus absolutè definiri numerus potest.*
8. *Auriga & Nauta partim urbicolis partim ruricolis accenseri possunt.*
9. *Paradox: Ad multitudinem incolarum, plus inhabitantiū solertia quàm soli fertilitas confert.*

*Ornatissimo & Doctissimo,*

**DN. RESPONDENTIS**  
*amico & conterraneo suo per dilecto, de*  
*subditis doctè disputanti.*

**P**raelia dum vasto miscentur in orbe cruenta,  
 Miscet NÆSANDER praelia docta meus.  
 Prælia cum doctis tentat miscere polita,  
 Quis clarius doctus suggerit augur opes,  
 Pulcram materiem celebri sub Præside tractans  
 Ingenii magnâ dexteritate sui,  
 Dum docet alterius sub nutu ducere vitam,  
 Plebem consuetam consilio obsequii,  
 Hoc igitur pulcro, monstras certamine, quod læs  
 Musarum cultor strenuus atq; pius.

*Ità calamo properante gratulatur*

**NICOLAUS L. NYCOP.**

Log: & Poësi: Prof: P:

*Humaniorum literarum Studiose Prestantiss.*  
Dn. **R E S P O N S U R O,**  
amico & Patriotæ suo perquam dilecto.


**N**omen Olaus habet sumus quasi laudis amicus,  
Omnia quem populus cantet in orbe virum.  
**E**logio dignus remanet vel laude perenni,  
Delectum quisquis graviter urget opus.  
**S**urgit vernali ceu tempore gratia floris:  
Sic labor intensus semina laudis habet.  
**A**ssiduus vera labor est virtutis origo,  
Quem qui non sequitur perpetue laude caret.  
**N**on labor existit melior vel dignior ullus,  
Pro patriâ quàm qui praelia claraciet.  
**D**um robur Patriæ Svecanis consulit oris,  
Et subit assidua munia militiæ;  
**E**gregij sequitur Nefander munera Martis,  
Qua noscet quisquis subditus esse velit.  
**R**ectè victuris cum sic det nomina chartis,  
Laudis perpetua nomen & omen habet.

Hæc pauca relinquebat

**PETRUS PETRI TORPEN:**

Fac: Phil: Adjunct:

Præ-



**P**Ræfide sub claro NÆSANDER Sympatriota  
Differis & docto mōstras conamine q̄s sit  
Subditus ingenu⁹, simul ac quæ munera Regi  
Corporis atq; animi obsequium præstare te-  
netur.

**M**acte idcirco animo forti cōscendere sacra  
Pulpita *Pieridum*, sic virtus præmiū adæquat.  
Sit felix cæptū, vergat simul Omnipotentis  
In laudem Domini, cedat Patriæq; tibiq;

apposuit

ANDREAS LAUR: NTCOP:

Fac: Phil: Adjunct:

---

**C**onditor rerum, Deus universi  
Reclor ò mundi, pariterq; Olympi,  
Cujus ad nutum, benè diriguntur,  
Cuncta creata.

Suggeras vires tibi grata dicat  
Candidus frater, faciatq; sempèr,  
Quæ tuam laudem resonent abundè,  
Tempore in omni.

Politissimo Dni: Resp: amico suo sincero,

hæc paucula, tenui avenâ apposuit,

HAQUINUS LAUR: VV-Gothus.